ſunus dicti Johanniſ, ac ejus ossa exin-
de ſunt oblata, et ossa priora, velut erant
primituſ, in dicta arca fuerunt locata.
Iste Petrocinuſ reformavit Constitutionem
capitulorum Cardinalium, et Cantorum;
quae tamen reformationeſ in contemptum
abierunt, et nullatenuſ observantur, et
quatuor beneficia, quae mansionariae
nuncupantur, in Ecclesia Urſiana poſuit,
quarum mansionarii Miſſas diebuſ non
festivis alternis hebdomadis cantant, quod
opus peroptimum fuit. Pro Ecclesia Ro-
mana in Romandiola Rector fuit, quae
Rectoria vulgariter Comeſ Romandiolae
nominatur, et diu in dicta Rectoria
stetit, et dum ad Cardinalatum fastigium
aspiraret, consultum fuit ei per Curialeſ
Romanae Curiae de quibus confidebat,
qui tamen aulico more eidem non me-
diocrum invidebant, quod Rectoriae Ro-
mandiolae renunciaret, ut Papa faci-
liuſ ipsum ad Cardinalatuſ dignitatem
promoveret, quod et ipse fecit. Dumque
summuſ pontifex disposuisset Dominum
Petrocinum in Cardinalem assumere,